



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sancti Bonaventuræ Episcopi Cardinalis Albanensis,  
Seraph. Doctoris Ecclesiæ, Speculum Disciplinæ, Et  
Profectus Religiosorum: Libelli ad pietatem vtilissimi**

**Bernardus <de Bessa>  
Bonaventura <Heiliger>**

**Antverpiæ, 1591**

De gradibus castitatis prout religiosis competit. Cap. LVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53148](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53148)

*De his qua valent ad acquisitionem castitatis.*

CAP. LIIII.

**A**D castitatis autem acquisitionem & profectum & obseruationem, valent ea qua supra posita sunt de remedijs luxuria, scilicet alienatio & separatio feminarum à viris, & consortium contubernale castorum, quorum exemplo doceatur. Item deliciarum fuga, qua nutriunt carnis illecebras. Item exteriorum sensuum custodia, vt non videat vel audiat vel tangat vnde tentetur. Item otij deuotio, quod est ianua omnium vitiorum, maxime carnalium. Item custodia interiorum cogitationum & affectionum cordis, per quas coluber primo caput venenatum ingerit. Item orationis frequentia, qua obtinetur auxilium à Deo contra omnes impugnationes.

Lib. 1. c. 39

*De diuisione castitatis.*

CAP. LV.

**P**ROFECTVS vel gradus castitatis pluribus modis distinguuntur. Est enim castitas coniugalis, vidualis, & castitas virginalis. Est etiam castitas alia in actu, alia in affectu. Quidam sunt casti corpore, sed non mente; & quidam casti mente, licet corpore oporteat eos reddere debitum coniugale.

*De gradibus castitatis prout religiosis competit.*

CAP. LVI.

**N**UNC de gradibus castitatis sicut religiosis competit videamus. Primus gradus est continentia ab actu carnali, cum proposito

Gradus 1.  
Actu carnali & motibus non consentiens

X

posito

posito sic manendi, & omnibus illicitis motibus consensum negandi. Iste gradus cum adhuc vicinus est terrenae voluptati propter novitatem conversionis, vapor tangit eum carnalis tentationis, quasi foetor Sodomae ardentis. Ne igitur quasi vxor Loth retrospectiva pereat, festinet ad montem, & sublimioris castitatis gradum labore attingere vt saluetur, ne pereat in scelere civitatis, in peccato luxuriae, quo plurimi perierunt. Primus iste gradus est adhuc in labore pugnae, & in incerto victoriae, cum sola voluntas cum adiutorio gratiae pugnat contra quatuor hostes, scilicet carnis pruriturum, & affectionis appetitum, mundi provocamenta ad libidinem, & daemonum suggestionem: & ita sunt quatuor contra deos. Confidat tamen voluntas bona, & inhareat fideliter ei qui dicit: In mundo pressuram habebitis; sed confidite, ego vici mundum. qui etiam diabolum fortius alligavit, & spolia diripuit, & cito inimicos eius convertet ad pacem, & subiiciet exactores suos, scilicet carnis, & libidinosum pruriturum, & affectionis illecebrosum appetitum. Secundus gradus est, cum per macerationem carnis, & per alia spiritualia studia affectus mundatur, & caro ita spiritui subiugatur, vt rarius & minus tentetur: vt quamvis adhuc non plene careat concupiscentiarum stimulis, quasi spinarum aculeis, & Iebusaeus adhuc intra terminos habitationis eius lateat, tamen ita depressus sit & imminutus, vt etiam facili labore sederet eius commotio: & imperando magis quam reluctando insurgentem compescat, nisi forte ex propria negligentia vel desidia vires resumere, & grauius impugnare permittatur. sicut filiis Israel Dominus minatur, quando ex negligentia propria, hostes qui sibi a Domino sunt subiecti, noluerunt delere: ideo

Gen. 19, 26

Mat. 17, 29

Jo. 16, 33

Mat. 12, 29

Luc. 11, 22

Gradus 2.  
Maceratio  
ne carnem  
spiritui  
subiugare.

Gen. 19, 26

Mat. 17, 29

Luc. 11, 22

Gen. 19, 26

Mat. 17, 29

Luc. 11, 22

ideo Dominus noluit eos à facie eorum dele-<sup>1ud. 2,38</sup>  
 re, vt per quæ peccauerant, per hæc & puni-  
 rentur; vnde postea sapius ab eis grauiter tri-  
 bulati sunt & subiugati. Si hostibus vitiorum  
 fideliter resisteremus, quando nos impugna-  
 re incipiunt; non solum non vinceremur ab  
 ipsis vlla vice; sed etiam ita debilitarētur, quòd  
 postea rariùs auderent nos impetere, & si im-  
 peterent, facillè vincerentur, donec penitus  
 deleterētur, quòd vix auderēt resurgere: sed te-  
 pidè reluctando damus eis vires & ausum sa-  
 pius & acriùs nos deinceps impugnādi. Sciē-  
 dum tamen, quòd aduersarius quando fortiter  
 vincitur, aliquando diu expectat, quòd de eo-  
 dem vicio non impugnat, donec interim dis-  
 suescat homo pugnare: & tunc iterum subitò  
 improuisus irruit, vt improuidos tanto secu-  
 riùs prosternat, quanto ad repugnandum in-  
 uenit imparatos. Exemplum de illo qui super  
 hostem irruit, quando iam arma deposuit, &  
 se ad quiescendum composuit, & adiutores  
 suos post prælium dimisit: quia imminentis  
 pugnae suspicionem non habuit. Machab. Sic <sup>1. Mach. 2,</sup>  
 hostes Iudæ bellum constituerūt in die sabba-<sup>32.</sup>  
 thi, populo in quiete & ocio existente; & ita  
 plurimos occiderunt. Semper ergo simus pa-  
 rati hostib. viriliter resistere: quia ipsi nō quie-  
 scunt nos impugnare, etiam si videātur quie-  
 scere. quia hoc ipsū cessare ab impugnatione,  
 impugnare est: quia hoc ipsum cessare, non ab  
 impugnatione quiescere est, nec clementiæ  
 eorum, nec lassitudinis; sed astutiæ & fraudis.  
 Vnde Nehemiæ quarto dicitur: Nesciant ho-<sup>2. Esd. 4, 25</sup>  
 stes & ignorēt, donec veniamus in medio eo-  
 rum & interficiamus eos. Inimicus cum in <sup>Prou. 26, 34</sup>  
 corde tractauerit dolos, si submiserit vocem  
 suā cessando à suggestionem, ne credas ei: quo-  
 niam septem nequitia sunt in corde ipsius.

X 2 Qui

Gradus 3.  
Carnis  
illecebras  
vix senti-  
re, sed pro-  
sus ex-  
crati.

Castitas  
perfecta

Isa. 45. 9

Qui operit odium fraudulentè, reuelabitur malitia eius, &c. Tertius gradus castitatis est, ita domitas habere carnis concupiscentias, quòd vix rarissimè & tenuissimè sentiantur; & ex affectu qualem induisse castitatis amorem, vt horreat & ira detestetur omnes carnales motus, quòd quasi nauseam inde patiatur; nec possit audire tractari de operibus carnis, nisi cum horrore & execratione. Si quando verò pro utilitate aliorum, de matrimonialibus casibus aliquid tractandum occurrit; ita quietos motus carnis suæ sentiat, ac si de luto, vellapidibus aut similibus tractaretur. Et cum per soporè somni humorum redundantia naturaliter se resoluit, ita quietè & insensibiliter profluant, vt nec turpium phantasiarum imaginationibus illudatur, nec sensu foedæ delectationis titilletur. Ista est perfecta castitatis descriptio, prout in hoc peccati corpore potest à rarioribus & perfectissimis obtineri. Vt autem stabiliter in hoc gradu & continuè perseuerent, puto ad hoc priuilegium requiri singulare: eo quòd supra naturalis possibilitatis metas esse videatur, in carne viuere, & carnis vitia non sentire. Frigidi tamen ex natura vel ex debilitate corporis, carnis moribus plerumque carere possunt; vt patet in senibus & infirmis, qui carnis moribus plerumque carent: quia ex debilitate corporis & defectu naturæ multum frigidi sunt. Sed mentis castitas cum prædicta carnis puritate, ex sola virtute cum Dei gratia possidetur. Vnde & Propheta hoc quasi prodigium miratur cum dicit: Venite & videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram, auferens bella tentationum carnalium usque ad fines terræ. i. ad terminos motus. Sequitur ergo: Vacate & videte quoniam ego sum Deus, exaltabor in gentibus, &c. Vacatio

notat

notat quietem, visio intentionem: quia bellis  
 vitiorum sopitis, & hostibus subiugatis, mens  
 iam valet in se quiescere, & Deo intendere; &  
 intelligere quoniam ipse est Deus, qui tam  
 potēter potuit, & tam piē voluit impetus ten-  
 rationum & vitiorum opprimere; & pacem  
 quam per scripturas sēpē promittit homini-  
 bus bonæ voluntatis donare. *Leuit. 25, 6*  
 Dabo pacem in finibus vestris; & dormietis, & non  
 erit qui exterreat, auferam malas bestias, &c.  
 Qui Deo vult intendere, necesse habet vacare  
 & se super se leuare. *Thren. 3, 26*  
 Bonū est præsto-  
 lari cum silentio salutare Dei, &c. Sedebit so-  
 litarius & tacebit: quia leuabit se super se. *Psal. 54, 8*  
 Elongavi fugiens, & mansi in solitudine. Ex-  
 pectabam cum qui saluum me fecit, &c. Va-  
 candum est à concupiscentiis & à perturbatio-  
 nibus, & ab occupationibus mundanis. Ita  
 tria maximè impediunt vacationem spiritua-  
 lem. qui autem nihil concupiscit in mundo  
 pro se vel pro charis suis, iam non habet unde  
 turberetur: quia nihil timet amittere commodi,  
 honoris vel rerum. Et si eximat se à factis alie-  
 nis, vt nec curiosè discutiatur, nec temerè iudi-  
 cet ea, nec occupetur cogitando ea & tractan-  
 do, potest se tanto liberius ad interiora trans-  
 ferre intuendo, quanto ab exterioribus est ma-  
 gis expeditus. Nam qui superioribus vult in-  
 tendere, debet ab inferioribus liber esse. Auis  
 si habet pennas ligatas vel infectas vel præci-  
 sas, non potest se in altum volando subleuare.  
 In spiritualibus illa sunt superiora quæ inte-  
 riora, quo ad experientias spirituales.

*Leuit. 25, 6*

*Thren. 3, 26*

*Psal. 54, 8*

*si non est  
supra  
liber  
- in  
ob  
1510*

X 3 Incipit

abitur  
is est,  
ntias,  
tur: &  
orem,  
males  
r; nec  
s, nisi  
o verò  
us ca-  
uietos  
vella-  
im per  
atura-  
er pro-  
imagi-  
electa-  
is de-  
ore est à  
em sta-  
erent,  
are: eo  
as esse  
ia non  
ex de-  
umque  
firmis,  
quia ex  
ultum  
ædicta  
gratia  
si pro-  
e vide-  
a super  
alium  
us. Se-  
im ego  
vacatio  
notat